



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. II. Nativitas vide Partus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

LIBER DUODECIMUS.

CAP. I. Narratio.

Axioma I.

Arratio facti non facit jus. *cap. ex literis 3. extr. de fide instr. vid. sup. lib. 6. cap. 3. pag. 484. §. 12.*

II.

Ubi plura narratur, quorum alterum per se sufficit, alterum sufficit probari. *c. gravem 15. extr. de excess. Pralat.*

III.

Narrandi diversitas non obstat, si eadem dicantur & veritas non mutetur. *c. dudum 20. extr. de conversat. conjug. c. nihil. 7. extr. de V. S.*

IV.

Narrans extraneis quæ gerenda erant, præsumitur etiam narrasse filio. *Socin. consil. 264. viso instrumento. num. 10. vers. confirmatur hoc idem. vol. 2. Alex. consil. 213. viso & opportune discussio. n. 12. vers. præsupponeretur etiam vol. 2. Pacian. 1. consil. 57. n. 7.*

V.

Negare narrata prout narratur, implicita est responsio. *l. fin. de rei vindic. Aurb. possessor. C. qui potior. in pignor. Bart. in l. si dubitetur. §. ita demum. n. 1. de fidejuss. latè Farin. in form. lib. respond. rei ad verb. narrata prout narratur. Welf. 2. consil. 72. n. 25. Ratio, quia per hæc verba non intelliguntur in specie qualitates negata. Jas. in l. cum. qui. n. 9. §. 10. ff. de jurejur.*

VI.

Narratio nuda & quæ probatione destituitur, non est attendenda. *l. ex hac scriptum 16. ff. de donat. l. 7. C. de testam. milit. paria enim sunt nihil ponere aut allegare, aut ea, quæ ponuntur, non probare. Myns. resp. 51. n. 3. Gail. 1. obs. 105. n. 13. §. 14. cum nuda narrata, quæ non probantur, eadem facilitate, qua afferuntur, rejiciuntur. l. asseveratio. C. de non numerat. pecun. Unde narrativa seu enunciativa verba non obligare, sed dispositiva, dixit Richard. ad l. 2. C. de error. cal. culi. vid. sup. lib. 5. c. 13. sub tit. Enunciatio. quandoque tamen nudis narratis, scil. quoad extrahendos vel obtinendos processus, etiam credi per l. cum quedam puella 19. ff. de jurisd. probat. Gail. 1. obs. 45. n. 9.*

CAP. II.

Nativitas vide Partus.

Axioma I.

Nasci & non nasci sunt casus dissimiles. *Barthol. Socin. consil. 259. viso & consideratis. col. pen. vol. 2. Castr. consil. 219. viso & consideratis. vol. 1. sicuti & casus dissimiles sunt nasci in vita testatoris, & nasci post mortem, ut notant Bart. in l. Galus. §. §. quid si tantum. col. 3. Ripa in l. 1. n. 93. vers. secunda fuit. ff. de vulg. & pupill. substit.*

Barthol. Socin. consil. 76. n. 4. vol. 7. Ratio, quia ille, qui non est natus, non potest dici mori, cum solus natus moriatur. cap. quod vero non 18. §. 2. gloss. in c. ad dissolvendum. verb. accusari. extr. de desponsat. impub. ubi notat: non posse dici vivum, quod nunquam fuit: nec posse dici mortuum, quod nondum vixit. add. §. gloss. in l. qui duos. §. 1. ff. de manumiss. testam. Cephal. consil. 462. in facto præsupponitur. n. 11. vers. verumtamen prædictis non obstantibus. vol. 3. Hypopolit. Rimin. jun. consil. 110. n. 19. vers. non natus autem. vol. 1. Unde nec natus etiam ille dicitur, qui statim decessit. c. nam & 3. extr. de V. S. sicut etiam negatur eum esse natum, qui post matris mortem ex secto ventre extractus est. l. si ego 11. §. partus 2. in fin. ff. de publiciana in rem att. l. aniculus 132. §. falsum 1. ff. de V. S. vid. tamen hac de re Pacian. lib. 2. de prob. c. 9. n. 20. per tot.

II.

Quoties de favore nascendi seu posthumi agitur, toties habetur pro jam nato, quia favorabilis sunt extendenda. Hinc ei tutores dandi §. 2. Inst. de Tut. eique defertur successio ab intestato §. 2. & 8. Inst. de hereditat. qua ab intest.

Limita: modò vivus nascatur partus, nec in aliud quod monstrum declinet.

III.

Ex bonis natus, non est de parentum virtute laudandus: nec ille culpandus de vitio parentum, qui nascitur ex malis, unum hoc uterque querat & amplectatur, virtutem scil. *cap. nunquam 4. distinct. 56. siquidem non in origine, sed in voluntate nascentis causa vitiorum atque virtutum constituta est. cap. nasci 5. in fin. distinct. 56. qua de causa natus de adulterio non est in culpa, quod sic nascatur, sed ille, qui generat. l. cap. nasci. dist. 56. Videmus enim, quod legitimis & illegitimis communis sit natura, communis cibus, communes morbi, communis etiam interitus. Pacian. 2. de probat. cap. 17. num. 42. Legimus etiam iniquitates parentum non obesse filiis: nec in hominibus spectandum esse nascendi primordium, sed vivendi modum, qui si laudabilis erit, nec à divinis, nec à mundanis dignitatibus filius illegitimus ejicietur; hæc ratione constat multos ex ancillis procreatos inter Patriarchas & trium Principes extitisse, ut refert Chrysostomus in homil. 2. lib. 2. super Mattheum; imò experientia docet, & multos ad summi Pontificatus culmen pervenisse, qui licet illegitimè nati fuissent, propriis tamen virtutibus maculam natiuitatis absterferint, qui numerantur in cap. Osus Papa dist. 56. vid. Pacian. lib. 2. de probat. c. 13. num. 40.*

IV.

Nativitatis causa præjudicialis est ad causam successionis, & ideo primò debet terminari: si contrarium fieret, ordo juris perverteretur, nec valeret processus successionis, nisi legitima prius pronunciaretur. *cap. pen. extr. de ordin. cognit. consil. immen. l. 1. §. 1. de Carbon. edict.*

(A)

V. Na-

Nascens semper deteriorem conditionem sumit. *cap. ult. 32. q. 4.*

CAP. III.
Natura, Naturale, Naturalis Obligatio, Naturaliter. conf.
infr. verbo Novum axioma 1. & 6.

Axioma I.

Naturam cuiusque rei præcise intueri & sequi convenit, §. *sed naturalia. Instit. de I. N. G. & C. l. 6. de iust. & iur. l. 3. ibique Bart. n. 2. de tutel. Menoch. de arb. iudic. quæst. cas. 201. n. 69. Ernest. Cothmann. lib. 5. consil. 1. n. 153.* unumquodque enim ad suam naturam recedit, l. 6. in pr. ibique quasi jure postliminii revertitur laus in pristinam causam, ff. *de rer. divis. l. 27. §. 2. vers. quod in specie. ff. de pact. l. 3. C. de edific. privar. l. fin. ff. de his, qui à non Domino manumiss. l. consuetudinis 2. in fin. ubi gloss. magna. C. que sit long. consuet. Anton. Heisterm. 1. Consil. Marburg. 5. n. 25.* Unde quoties quid nominatim contra subjectæ materiæ naturam cautum non est, contrahentes & pacificantes juri & rei, de qua agitur, naturali indoli se conformasse censentur, l. 3. ubi Dd. ff. *de reb. cred. & cum dilectus extr. de consuetud. Boc. de investit. feud. cap. 5. num. 95.* cum ea, quæ à natura insunt, semper inesse præsumantur, nisi mutata probentur, ut ait post gloss. in *cap. si forte. in verb. scientia de Elect. in 6. Pacian. 1. consil. 66. n. 23.*

II.

Naturali jure omnia sunt communia, meum enim & tuum consuetudo induxit, *cap. 1. dist. 8.* & ideo jus istud commune omnium nationum esse dicitur, eo quod ubique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur, *cap. jus 7. distinct. 1.* Nulli itaque contra jus naturale quicquam agere licet, *cap. que contra 2. distinct. 8.* neque etiam juri naturali debent prævalere Leges Principum, *cap. 1. distinct. 9.* neque etiam contra illud ulla consuetudo valere, *cap. ult. extr. de consuet. adeo ut nec Imperator ea, quæ sunt juris naturalis, tollere possit. Clem. Pastoralis 2. §. ceterum de sent. & re judic.*

III.

Natura rei, non accidens spectari debet, l. 3. ubi Bart. ff. *de tutel. non enim dicitur aliquid tale ex eo, quod contingere potest, sed ex quo est. l. 1. de in lit. jurand. l. 1. ff. de tutor. & curat. dat. l. 1. C. de offic. ejus, qui vicem alter. gess. Menoch. 2. arb. iudic. cas. 201. n. 69.*

IV.

Naturam ejus debet imitari, quod alii aggregatur, *cap. recolentes 3. extr. de stat. monach.*

V.

Natura cedit miraculo, *cap. cum Martha 6. §. quævisisti extr. de celebr. missa.*

VI.

Naturale est in culpam cadere, doluisse virtutis, *cap. ille Rex 25. de penitent. distinct. 3.*

VII.

Natura magis studet generationi quam intellectui, & magis curat de esse rerum quam de scientiis. Bald. in *l. filium in pr. ff. de his, qui sunt sui juris. Guilhelm. de Benedict. in cap. Raynatus. verb. que filium ex eo suscipiens. n. 3. col. 1. & n. 7. vers. & tamen presumptio filiationis, col. 3. part. 3. extr. de testam. Pacian. 2. de probat. 16. n. 26. & 1. consil. 1. n. 16.*

IX.

Imbecillitas intellectus est, ibi quærere legem ubi natura sentimus. Jas. in *Auth. si qua mulier. n. 10. C. de SS. Eccles. Welemb. 1. consil. 2. n. 3.* quapropter non facile à scopo aberrare potest, qui in judicando natura duce rectam rationem, sequitur; quippe cum jus nostrum partim ex igniculis & principiis illis, in singulorum hominum mentibus sit, ex quo etiam per manus traditum est, quod sufficit quandoque allegare rationem naturalem, c. *secundo requiris. de appell. l. scire oportet 13. §. sufficit 6. de excus. tur. Hartmann. Pistor. 2. quæst. 36. num. 23. vid. infr. lib. 16. c. natio.*

IX.

Ex naturali obligatione quoties solvitur, toties repetitio inhibetur. l. *naturaliter 13. ff. de condic. indeb. l. naturales 10. ff. de O. & A. nisi per errorem facti probabilem solum esset. gloss. in l. 1. ff. de condic. indeb. quod verum intellige, quando naturalis obligatio accipitur pro ea, cui jus civile planè non assitit, sed ei potius repugnat; ex hac enim causa solum per errorem facti condici, docent l. 7. C. de condic. indeb. l. 62. ff. eod. l. 2. C. de fideicomm. ita v. gr. licet in L. Falcidia ex voluntate defuncti minus solenni videatur oriri quædam obligatio naturalis; quoniam tamen prædicta Lex Falcidia huic obligationi repugnat, & omnino vult, ut quarta apud heredem maneat, inde fit, ut hac qualicunque obligatione non atenta, voluntas illa minus solennis pro nulla habeatur, atque conditio ejus, quod per errorem facti solum est, locum inveniat, l. 9. C. ad L. Falcid. simile exemplum talis obligationis naturalis, quæ post præscriptionem residua est, sed inefficax relinquitur, vid. in l. 9. C. de jur. & fact. ignor. Alias si eam acceperis pro tali, quæ conventionem vel causa tali orta est, cui jus civile quadrantenus assitit, puta non quidem per actionem, sed effectus alios remissiores & magis naturales largiendo, veluti compensationem, retentionem & fideiussionem efficacem, tunc ne errore quidem facti intercedente conditio locum habeat, sed potius denegabitur. Bachov. *dist. 4. thes. 16.* sic hoc in sensu pupillus naturaliter obligari negatur, l. 41. de condic. indeb. l. 59. de O. & A. qui tamen jure naturali absolute & in se spectato alibi naturaliter obligari dicitur. l. 1. de novat. l. 127. de V. O. vid. & Covarr. 2. part. relect. §. 4. ad rubr. de pact. n. 8. & infr. lib. 13. cap. Obligatio.*

X.

Natura quod debetur, compensari potest. l. etiam 6. ff. de compens. l. 3. §. pupillus 4. ff. de negot. gest. Intellige, si modo illud non potatur defectu actionis.